Leipziger Tageblatt und Anzeiger.

№ 341. Sonntag, den 7. December. 1834.

Bekanntmachung.

Mit Beziehung auf das bei dem dieſsjährigen Rectoratswechſel ausgegebene Programm über die Preisbewerbungen, welche in Folge Hoher Miniſterial-Verordnung zu Gunſten hier Studirender eingerichtet worden ſind, und auf den darüber im Paulino ſtattgefundenen Anſchlag, wird bekannt gemacht, daſs für das gegenwärtige Rectoratsjahr folgende Preisfragen aufgegeben worden ſind:

Von der theologiſchen Facultät:

Expendantur rationes, quibus ducti Davides Schulz et Henricus Augustus Schott censuerunt, Paulum epistolas ad Ephesios, Colossenses, et Philemonem in captivitate Caesareensi, non Romana conscripsisse.

Von der juriſtiſchen Facultät:

Praeceptorum iuris Romani de evictionibus brevis descriptio.

Von der mediciniſchen Facultät:

Observetur primum, quantum pili et ungues intra tres menses crescant, et qui sunt intacti, et qui sunt decurtati, deinde quomodo pili canescant.

Illum in finem pars eorum cuti proxima colore immutabili v. c. oxydo plumbi aut acido nitrico tingenda est et ope mensurae accurate definiendum, quousque pars colorata intra tres menses a cute removeatur, idque in pilis observandum est et unius eiusdemque hominis et hominum aetate et sexu diversorum. Quomodo canescentes pili comparati sint et crescant armato oculo exploretur. Quid vero ex his omnibus de natura et vita pilorum et unguium colligendum sit explicetur.

Von der philoſophiſchen Facultät erſter Claſſe:

Quaeratur utrum idea absoluti summum et unicum philosophiae principium esse possit.

Von derſelben Facultät zweiter Claſſe:

Explicentur quam fieri poterit plenissime et accuratissime leges dialecti, qua Graecorum poetae bucolici sunt usi.

Von derſelben Facultät dritter Claſſe:

Quaeritur quae ad mercimonia idoneae plantae in Saxonia colantur vel possint coli.

Hinc primo historia exhibenda erit illarum plantarum, descriptioque generis earum, atque usus, ad quem vel adhibeantur vel possint adhiberi; deinde regiones indicandae erunt colendis iis aptissimae pro caeli natura situque locorum, in quo altitudo a superficie maris et inclinatio ad solem spectanda, proque soli conditione, quae chemice et geognostice exploranda erit; denique herbae illae ad doctrinae botanicae leges definiendae erunt, describendaeque pro iis, quae iis propria sunt ut speciebus et varietatibus, considerato systemate naturali et perquisito embryone.

Zugleich werden alle diejenigen, welche genauere Kenntniſs der mit der Preisbewerbung verknüpften Bedingungen begehren, auf das gedruckte Regulativ verwieſen, welches bei dem Univerſitäts-Regiſtrator Krauſe zu finden iſt. Leipzig, den 5. December 1834.

W. Wachsmuth, d. Z. Rector der Univerſität.